

PRECES

Sérviām !

V/. Ad Trinitatēm Beatissimam.

R/. Grātias tibi, Deus, grātias tibi: vera et una Trinitas, una et summa Déitas, sancta et una Únitas.

V/. Ad Iesum Christum Regem.

R/. Dóminus Iudex noster ; Dóminus Légifer noster ; Dóminus Rex noster. Ipse salvábit nos.

V/. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

R/. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

V/. Exsúrgē, Christe, ádiuva nos.

R/. Et líbera nos propter nomen tuum.

V/. Dóminus illuminatio mea et salus mea : quem timébo?

R/. Si consístant adversum me castra, non timébit cor meum; si exsúrgat adversum me prœlium, in hoc ego sperábo.

V/. Ad Beátam Vírginem Maríam Mediatriçem.

R/. Recordáre, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspéctu Dómini, ut loquáris pro nobis bona.

V/. Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beátæ Maríæ Vírginis.

R/. Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dóminum univérsæ domus eius : ora pro nobis.

V/. Ad Ángelos Custódes.

R/. Sancti Ángeli Custódes nostri, défendite nos in prœlio ut non pereámus in treméndo iudicio.

V/. Ad Sanctum Iosephmaríam Condítorem nostrum.

R/. Intercéde pro filiis tuis ut, fidéles spirítui Óperis Dei, labórem sanctificémus et ánimas Christo lucrifácere quærámus.

V/. Orémus pro Beatissimo Papa nostro N.

R/. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ániam inimicórum eius.

V/. Orémus et pro Antistite huius diœcésis.

R/. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitáte nóminis tui.

V/. Orémus pro unitáte apostolátus.

R/. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

V/. Omne regnum divísum contra se, desolábitur.

R/. Et omnis cívitas vel domus divísa contra se non stabit.

V/. Orémus pro benefactóribus nostris.

R/. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam ætéram. Amen.

V/. Orémus pro Patre.

R/. Misericórdia Dómini ab ætérho et usque in æténum super eum: custódit enim Dóminus omnes diligéntes se.

V/. Orémus et pro frátribus nostris Óperis Dei, vivis atque defúnctis.

R/. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

V/. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R/. Et de Sion tuére eos.

V/. Réquiem ætéram dona eis, Dómine.

R/. Et lux perpétua lúceat eis.

V/. Requiéscant in pace.

R/. Amen.

V/. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R/. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si *Preces* moderatur, exsurgit et addit Dóminus vobíscum, stans etiam dum recitat orationem.

S'il dirige les Preces, le prêtre se lève et dit Dóminus vobíscum, puis reste debout pour la prière qui suit.

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Actio[n]es nostrar[um], quæsumus D[omi]ne, aspirando præveni et adiuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.

R/. Amen.

Omnis dicunt :

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatiū veræ poenitentiæ, gratiam et consolatiōnem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverantiam, tribuat nobis Omnipotens et Misericors Dominus.

V/. Sancte Míchaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gábriel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ráphaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ioánnes.

R/. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait :

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedit :

Dominus sit in cordibus vestris, et in labiis vestris, in nomine Patris † et Fili et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

V/. Pax.

R/. In ætérnum.